

» acutus de subtus. Et super aliquibus ex dictis indumentis ponuntur a  
 » tribus usque in quinque unciis perlarum, valentibus usque in Florenos  
 » X. pro qualibet uncia. Et super aliquibus ponuntur frisia magna &  
 » larga auri circum circa collare gulæ in modum maniferri, quod po-  
 » nitur Canibus circa collum eorum. Et etiam circum circa in extremi-  
 » tate manicarum, & circa manicas, quæ sunt subtus dicta indumenta.  
 » Et portant capucios parvos cum frigiis largis de auro, vel de perlis  
 » circum circa dictum capucium. Et vadunt cinctæ in medio pulcris cin-  
 » ctiis de argento deaurato, & de perlis valentibus florenos XXV. au-  
 » ri pro qualibet cinctura, & plus & minus; & aliquando vadunt non  
 » cinctæ. Et quælibet Domina communiter habet tot annulos & vare-  
 » tas cum lapidibus pretiosis, quæ valent a Florenis XXX. auri usque  
 » in L. Tamen talia indumenta sunt honesta, quia cum dictis indumen-  
 » tis non ostendunt mamillas. Sed habent alia indumenta inhonesta, quæ  
 » vocantur Ciprianæ, quæ sunt largissimæ versus pedes, & a medio su-  
 » pra sunt strictæ cum manicis longis & largis, sicut alia prædicta indu-  
 » menta, & similis valoris; & super quibus ponunt similia jocalia, &  
 » similis valoris. Et sunt impomelatae de antea a gula usque in terram  
 » pomellis argenti deaurati, vel de perlis. Quæ Ciprianæ habent gulam  
 » tam magnam, quod ostendunt mamillas; & videtur quod dictæ ma-  
 » millæ velint exire de sinu earum. Qui habitus esset pulcher, si non  
 » ostenderent mamillas, & gulæ essent sic decenter strictæ, quod ad mi-  
 » nus mamillæ ab aliquibus non possent videri. Et etiam dictæ Dominæ  
 » portant in capitibus earum jocalia maximi valoris. Videlicet aliquæ por-  
 » tant Coronas de argento aureato, vel de auro puro cum perlis & la-  
 » pidibus pretiosis, valoris a Florenis LXX. auri usque in C. Et aliquæ  
 » portant terzollas de perlis grossis valoris Florenorum C. auri usque in  
 » CXXV. Et aliquæ portant sagiotas de perlis valoris Florenorum L. us-  
 » que in C. Quæ terzollæ, vocantur terzollæ, quia ex CCC. perlis gro-  
 » sis sunt factæ, & quia in tribus filzis sunt constructæ & ordinatæ. Et  
 » etiam dictæ Dominæ pro majori parte loco trezarum de auro vel de  
 » ferico, quas portare solebant contextas, seu interzatas in capillis capi-  
 » tis earum, nunc portant bugulos, cum astalonis, sive cordibus fericis  
 » vel deauratis, vel cum astalonis fericis coopertis perlatum. Et aliquæ  
 » Dominæ utuntur mantellis, sive chlamidibus curtis quæ cooperiunt ma-  
 » nus tantum, fodratis de Zendalo, vel de vainis. Et etiam utuntur pul-  
 » cris filzis Pater noster de Corallo rubeo, vel de Lambro. Matronæ,  
 » sive Dominæ antiquæ portant nobile mantum, sive mantellum largum  
 » & longum usque in terram, & rotundum versus terram, & crißum  
 » per totum, & apertum de antea usque in terram. Tamen est pomel-  
 » latum versus gulam pomellis argenti deaurati, vel de perlis per unam  
 » spanam. Et fiunt pro majori parte cum colare. Et quælibet Domina